



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 71. Plurium sententiæ de residentia ex jure divino necessaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

„rent, an petant, ut definiatur mansio  
 „esse juris divini, atque hac ratione pro Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
 „majori suffragiorum, ac sententiarum  
 „numero digeri possint decreta juxta  
 „morem in hac sacroſancta Synodo sem-  
 „per uſitatum; cum autem suffragio-  
 „rum numerus in præſentia propter  
 „sententiarum, quæ prolatæ fūt, va-  
 „rietatem haud videatur liquido con-  
 „ſtare, eapropter Patres tam clare, ac  
 „tam diſtincte loquantur, ut eorum sen-  
 „tentiaſe perſcribi facile poſſint.“ Hoc  
 consilium ſtudioſiſſime occultarunt Lega-  
 gati, ne ii, qui adhuc, cui ſententiaſe fa-  
 verent, dubii hærebant, cum ceteris con-  
 ferre poſſent. Verum fuſcepto Lega-  
 torum conſilio omnino contraria res  
 evenit: Patres enim improvifa, mole-  
 ſtaque mentem ſuam aperiendi neceſſi-  
 tate obruti palam querebantur, perin-  
 de aſi iſpis viſ inferretur, vel Syno-  
 do libertas adimeretur, quinimo Patres  
 ægre placari poterant, quamvis Legati  
 validiſ rationibus eos convincere ni-  
 terentur.

### §. LXXI.

#### *Plurium ſententia de reſidentia ex jure diuino neceſſaria.*

Madrutius Cardinalis, qui primus Pallav. n. 20.  
Sarpius l. c.  
Raynald. hoc  
ann. n. 41.  
 verba fecerat, ſe priori ſuæ ſenten-  
 tiae immote adhæſurum affirmabat,

I i 4      quam-

Sæcul. XVI. quamvis autem Augustinus egregius  
A.C. 1562. Jurisconsultus eum a sua opinione re-

movere adductis rationibus niteretur, frustra tamen laborabat: porro hujus Cardinalis exemplum plures alios ad imitationem inducebat, unde dissidentium studia magis adhuc fervore cæperant: Legati igitur veriti, ne Patres in duas factiones scinderentur, præcepérunt, ut Patres sua ferrent suffragia, hancque in rem præter Massarellum, qui Synodo a secretis erat, adhuc Ierosolymitanum Patriarcham, & Granatensem Archiepiscopum, qui suffragia colligerent, nominabant, eo fine, ut res majori securitate æque, ac auctoritate firmaretur: itaque ex omnibus Patribus, ex quibus Synodus constabat, erant sexaginta octo, qui hunc articulum omnino definiri postulabant: illi autem, qui sese huic opinioni opponebant, in diversas scindebantur sententias; quippe eorum triginta affirmabant, quod sibi placeret articulum definiri, dummodo prius Pontificis consensus obtinetur: alii vero ferme totidem numero dicebant, quod in hunc articulum nunquam consensuri essent, saltem nisi prius mens Pontificis explorata haberetur: igitur horum omnium suffragia a Massarello Secretario alta voce præ-

præleguntur, atque a singulis, qui suas sœcul. **XVI.**  
opiniones tuebantur, fuere comprobata. **A. C. 1562.**

§. LXXII.

*Pontificis sententia de hoc articulo  
tanquam juris divini non de-  
cidendo.*

In hac eadem congregatione plura ad-  
huc alia circa hanc quæstionem pro- **Pall.e.g. n. I.**  
ponebantur argumenta, cum autem  
crebræ exinde orirentur tricæ, hinc Le-  
gati, quid consilii caperent, dubii hære-  
bant, præcipue cum sibi persuasum  
haberent, quod hunc articulum defini-  
ri Papa nollet, uti Florentiæ Orator ad  
Ducem suum Dominum perscripserat,  
hæc significans: „inter eos, qui hujus  
„quæstionis definitionem exoptarunt,  
„ferme omnes erant ex nationibus ab I-  
„talica distinctis, præsertim cum a mul-  
„tis ea censeretur efficacissimum adju-  
„mentum ad collapsam disciplinam re-  
„parandam, ut proinde, si Pontifex  
„illam rejiceret, linguas obtrectatorum  
„vellicaret, vociferantium, Ecclesiæ re-  
„stituendæ, ac reformandæ partibus i-  
„psum deesse: contra vero si declaratio-  
„nem eligeret, non levia id dignitati  
„suæ damna, atque incommoda affer-  
„ret. „ Ferme eadem Insulanus Fran-  
„ciæ Orator Roma ad Regem suum die

I i 5 „sexta